Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



c lv

his que dicebant de illo. Et benedixit illi symeon. et dixit
ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam
et in resurrectionem multorum in israel. et in signum cui contra
dicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ut re
uelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna
prophetissa filia phanuel de tribu aser. hec processerat in
diebus multis. et uixerat cum uiro suo annis septem a uir
ginitate sua. Et hec uidua erat usque ad annos octoginta
quatuor. que non discedebat de templo. ieiunijs et orationibus
seruiens die ac nocte. Et hec ipsa hora supueniens con
fitebatur domino. et loquebatur de illo. omnibus qui expecta
bant redemptionem israel. Et ut perfecerunt omnia secun
dum legem domini. regressi sunt in galileam. in ciuitatem suam naza
reth. Puer autem crescebat. et confortabatur plenus sapientia. et
gratia dei erat in illo. In octauas domini Ad Galathas

Fratres. Priusquam ueniret fides sub lege custodiebamur. con
clusi in eam fidem. que reuelanda erat. Itaque lex peda
gogus noster fuit in xpo. ut ex fide iustificemur. Ait ubi ue
nit fides. iam non sumus sub pedagogo. Omnes enim filij dei es
tis. per fidem que est in xpo ihu. Quotquot in xpo baptizati es
tis. xpm induistis. Non est iudeus neque greci. non est seruus
neque liber. non est masculus neque femina. Omnes enim uos u
num estis in xpo ihu. Si autem uos xpi estis. ergo abrahe se
men estis. secundum promissionem heredes. Dico autem. quoto
tempore heres paruulus est. nichil differt a seruo. cum sit do
minus omnium. sed sub tutoribus et actoribus est. usque ad prefini
tum tempus a patre. Secundum lucam

In illo tempore. Postquam consumati sunt dies octo ut circumciderent